




Georg 1203



Georg-~~B.~~



PROPI

IS' IUVENIBVS
*brevissima vere
 pietatis in-
 stitutio undecunque
 collecta.*

M. D. XXVIII.

AD INVENTVTEM, VT SA-
pientie & uirtuti studeat.

Hanc describe uiam tibi, quæ te ducat ad astra
Qui possis animo proximus esse Deo.
Doctior at uiues: manet hinc decus omne per æuum:
Tu si forte frequens ælsum Heliconæ petis.
Si nimis es sælix, subeat tua pectora uirtus
Sola qua nescit mens speciosa, mori
Cætera quæ mundo uulgus miratur & ambit
In aneres abeunt tempore cuncta breui.



re potes
& insi
Satanæ
eo mun
compes
proch p
ri, non
tutem tr
nec uer
uitam p

V
rem &
timore
esse pot
intellec
prophe
domini
minus d
tuum &
as domi
tua. Pro
Ratio a
uir qui



VBET CHRISTVS PAR =

uulos ad se uenire, ut eos uerbo muniat, nam quando cor uerbo dei munitur, ignita tela Satane, mundi, carnis repellere potest, nihil in nobis uirium est aduersus peccatum & insidias Satane, neq; fieri potest, ut sine uerbo dei Satane relucteris, Nam uerbu dei clypeus est, & qui eo munitus est, prouidet malum & fugit. Idcirco ad compesendum indomita iuuentutis furorem, quem proch pudor experimur quotidie intractabiliorem fieri, non alia re opus erit q̄ uerbo dei, quod solum iuuentutem tractabilem facere potest, que alioqui nec uirgis nec uerbis, aut ulla alia uitae institutione ad meliorem uitam perduci potest.

VERBUM aut̄ dei in uniuersum docet timorem & fiduciam erga deum, neq; deus cognoscatur nisi timore & fide. Vbi autem non est timor, ibi neq; fides esse potest, ubi neq; fides neq; timor est, neq; uerbi dei intellectus. Hunc docendi ordinem prescribit nobis propheta David Psal. 33. Venite filij audite me, timore domini docebo uos. Deut. 10. Et nunc Israel quid dominus deus tuus petit a te, nisi ut timeas dominum deum tuum & ambules in uijs eius, & diligas cum ac seruias domino deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua. Prouerb. 1. Timor domini principium sapientie. Ratio autem huius ordinis haec est, Psal. 111. Beatus uir qui timet dominum etc. Psal. 33. Timez dominum

Nullae uires sine Christo possunt consistere aduersus diabolum.

Verbo dei aut clypeo protectus non timebis neq; lucem neq; tenebras diaboli.

Psal. 90.

Officium timoris dñi, ut nullum admittat malum.

Sunt duae praedicationes, legis salutaris & Euangelij.

A =

ra

er auum:

is.

t

.



omnes sancti eius, quoniam non est inopia timentibus cum. TIMOR autem domini est diffidentia no-

Mortificatio est opus spiritus sancti. Mortificatio est opus sita, neque prudentia nostra quicquam usque effecturos, neque iustitiam nostram coram deo ualituram esse. Hæc est nostri mortificatio, condemnatio et peccati agnitio, quæ sit cognita lege, hæc cognitio humiliat, humiliatio auxilium querit et gratiam, auxilium et gratia est uera salus est.

Vera humilitas uel est uera mortificatio =

LEX ostendit peccatum, docetque quid facias et mandata, quæ natura prorsus facere nequit, sic reos agit terretque omnes homines, conscientiam conturbat. EVANGELIUM autem bonum est nuncium, sermo de Christo, annuntiatus per illum gratiam et condonationem omnium peccatorum, et docet unde petas uim faciendi, saluat per Christum, qui dat spiritum, ut faciamus legem, qui non uult imputari, etiam quod deliquimus, modo credamus per ipsum condonari peccatum et dari spiritum. Hæc sunt iustificationis exordia, nempe si animus agnoscat peccatum suum et arripit promissionem de Christo, et confidit sibi ignoscere noxam et placari deum per Christum, talis in gratiam recipitur.

Non datur spiritus nisi prius mortificata caro fuerit, sed caro se ipsam non castigat, im-

Timor autem domini penes adflictos, humiles, uideoque opus habet uerbo dei quobus aduersis et prosperis, uoluntati et iudicio dei castigetur.

Et inopia timentibus
est diffidentia no-
in manu dei esse po-
usq; effecturos, neq;
uram esse. Hæc est
& peccati agnitio,
humiliat, humilia-
auxilium & gratia

atq; quid facias &
re nequit, sic reos
cientiam conturbat.
num est nuncium,
illum gratiam &
m, & docet unde
stum, qui dat spiri-
lt imputari, etiam
per ipsum condona
sunt iustificationis
peccatum suum &
r confidit sibi igno-
ristum, talis in gra-

dictos, humiles, ui-
eramus aut cupia-
sed resignat se re-
ti & iudicio dei.

Verum, uoluntas dei non potest cognosci, nisi mortifis
cato sensu carnis, quod fit per legem. Lex autem ostendit
peccatum, iudicat, damnat, terret conscientias &
confundit & mortificat, non auariciam tantum aut libi-
dinem, sed caput omnium malorum, amorem nostri,
iudicium rationis, & quicquid boni sibi uidetur habe-
re natura.

Christus interpretatur legē, et docet cordis affectus
exigi à lege. Paulus dicit legē esse spiritualē. i. exigere
spiritualia, fidem, amorē dei, charitatem proximi, sic
præcipit, quæ præstare nō possumus, sic urget et præ-
mit, ut discamus quærere gratiam Christi, non confide-
re in uiribus nostris, illæ enim nihil possunt. Nunc
audite legem.

HAEC TRIA PRAECEPTA

docent quid Deo debeas,
PRIMUM,

Non habebis deos alienos co-
ram me.

Primum præceptum exigit à nobis fiduciam in de-
um & timorem dei, & de affectu loquitur, quasi dicitur:
rei: Primum omnium necesse est, ut cor tuum concipiat
me tibi esse deum, & qui tui rationem habeam qui usq;
adeo sum de te sollicitus ut postulem, ut cor non auer-
tas à me, non enim fert deus, ut cor alio feramus.

A 3

Dei uolun-
tas in decē
præceptis
continetur.

Matth. 6.
In lege to-
tum cor si-
bi depositat
deus.

Nihil no-
bis confert
unum esse
deū, sed p-
uno et pro-

deco nostro
haberi si-
lus uita,
Psal. 32.
Beata gens
e9 dñs de9
e9 Psal. 15.

2 Non assumes nomen domini
dei tui inuanium.

Hoc præceptum de sermone externo loquitur, & nõ modo præcipit, ne ad malas imprecationes utamur & ad periuria, sed etiam ut sit omnibus periclitantibus per fugum & porta salutis nomen domini. Turris fortissima nomen domini, & omnes qui inuocauerint nomen domini, salui erunt. Item sepißime iubet scriptura facere in nomine domini quicquid facimus. i. ad dei gloriam referatur quod agimus, seu ut ea agamus, unde nomen dei non blasphemetur, sed glorificatur, ut nostris exemplis inuitentur alij ad timendum deum & ad credendum deo. Summa, qui non timet deum, qui non fudit deo, nunq̃ is nomine eius bene utitur.

1. Cor. 10.
Omnia in
gloriã dei
facite.

3 Memento ut diem Sabbathi
sanctifices.

Tertium præceptum de factis loquitur. Sabbathum autem non significat dici septimi religionem, quia post abrogatam legem, omnes dies sunt eiusdem rationis, Verum nihil aliud præcipitur q̃ ut ne nos operemur, sed patiamur spiritum operantem in nobis, hæc est requies spiritus, quæ est tollerantia, paucientia omnis aduersitatis, ita, ut caro prorsus sit otiosa & non operetur, operetur autem tantum in nobis dominus, qui enim carnem suam continuo mortificant, illi sabbathũ sanctificant, & in hoc præcepto planè id exigitur, qd̃

in oratio
i. tu no
ueheme
sine deu
& tibi p
SV
um. Ver
uocation
conije t
saliæt in
ficia, in
ctare à
& non
Q

teip
Qu
deo, &
tur hun
mus on
omnib

trem

in oratione dominica precamur, adueniat regnum tuum
i. tu nos rege, gubernare, provide nobis. Quod si quis te
uehementer leserit, ita, ut ex animo doleas, assa, &
sine deum operari in te & mortificare carnem tuam,
& tibi porro dominus impartiat spiritum suum.

S V M M A omnium, Confide & time solum de-
um. Verus autem timor dei & uera fides effundit in-
uocationem nominis domini. In uocæ nomen domini &
conijcæ te in illud, debemus enim recte uti nomine dei,
scilicet in secundis rebus agnoscere quod sint dei bene-
ficia, in aduersis rebus auxilium postulare & expe-
ctare à deo. Permite demum, ut mortificetur caro tua
& non te ipsum rege.

QVAE SEQUUNTUR

Præcepta sunt charitatis

& comprehenduntur in hoc.

Dilige proximum tuum sicut
teipsum.

Quando animus est purificatus pendetq; totus ex
deo, & æquo fert animo omnia aduersa, statim sequi-
tur humilitas quæ don aut abiectio sui, quia subijât ani-
mus omnibus creaturis & agnoscat se datum seruum
omnibus.

Honora patrem tuum & ma-
trem tuam, ut sis longeuus super

Hæc, quid
proximo
debeas do-
cent.

⁴
Prouerbi.
20. & 30

A 4

omini

itur, &
utatur
licitam
i. Turris
cauerine
bet scri-
mus. i. ad
agamus,
actur, ut
m deum
t deum,
titur.

bathi

bbathum
uia post
rationis,
remur,
hec est
a omnis
con ope-
us, qui
bbathu
tur, qd



terram.

Qui nō ho-
norat pa-
rētes, hūc
p̄sequetur
dominus.

Honorandus est pater, tum futurum ut uita sit lon-
ginquior, quæ uita longinqua non tantum de longa ui-
ta, sed de oī cōmoditate siue corporali siue spiritali in-
telligitur. Sūma aut̄ huius præpti est, Reuerere, cole-
time ex animo atq; obtempera parentibus, magistrati-
bus, & omnibus qui gerunt offīcium parentum, id
est, omnes qui præsunt. Quod si quid contra deum
præpīant, parendum non est, quia oportet deo ma-
gis obedire q̄ hominibus. Honor autem complectitur ti-
morem & cultum, discipulus præptori, auis magi-
strati, filius patri, & quisquis suo superiori obtempe-
rabit ex animo.

Non occides.

Inimicis
beneficiē-
dum.

Ad personam proximi pertinet, id est ab animo
faucas, non offendas lingua & quicquid est tale. Hic
prohibentur emulationes, calumniæ, detractiones, si-
militates, iræ, odia, & uindictam uetat hæc lex.

Non mœchaberis.

Ad uxorē
proximi,
quæ ei caro
est.

Fornicatio
& uinū et
briet as au-
erūt cor.

Libido est in oculis, uultu, uerbis, gestu, in omni co-
gitatione, breuiter omnes uires corporis nostri sunt
pollutæ. Hic prohibetur omnis fornicatio, inæstus, hoc
peccatum præter cætera contemptum, ignorantia dei
& insipientiam in cordibus arguit, nullum porrò pec-
catum aliud est, quod atrocius punitū est in scripturis
atq; illud, id quod satis testantur, diluuium, quinq; ur-
erūt cor.

bes incendio absumpta, nel solas David satis indicare
posset, q̄ atroāter anima duerāt in hoc peccatum deus
Verū uitandae sunt huius peccati occasiōes nempe oīū,
omnes uoluptates, quae confluunt ueluti in quandam la-
cunam in corporis libidinem. Sola fide uinā potest ca-
ro, nulla alia re.

Non furtum facies.

Ad bona proximi pertinet, q. d. Da omni petenti,
iuraro inopes da mutuo etiam sine spe recipiendae for-
tis cuius, proximum tuum opibus, consilio, eruditio-
ne, & quacūq; re poteris adiua.

Non loquaris falsum testimo- nium contra proximum tuum.

Ad uerba pertinet hoc praecipuum, q. d. non men-
tieris, sis candidus & dexter, maxima uirtutum can-
dor, sermo tuus sit sic, sic, non, non.

Nō concupisces domum pro- ximi tui.

Nec desiderabis uxorem eius,
non seruum, non ancillam, non bo-
uiem, non asinum, nec omnia quae
illius sunt.

Lex requi-
rit, ut dili-
gatur ex
corde deus
& proxis-
mus.

Vltima duo à nobis exigunt multo maiora q̄ pre-
stare possumus, nempe summam cordis puritatem, ad

ita sit lon-
ga ui-
rituali in-
erere, cole-
magistrati-
entum, id
tra deum
deo ma-
lefitur ti-
uis mag-
obtempe-

ab animo
alc. Hic
ones, si-
lex.

omni co-
stri sunt
stus, hoc
niā dei
orro pec-
ripturis
inq; ur-

quam in hac militia nos adiri oportet. q. d. non sis pro-
pensus ad mala, sed sic rapiaris ad diuina, ut non ra-
piaris ad terrena, quae sursum sunt curato, rerum ter-
renarum sis negligens.

HAEC DECEM PRAECEPTA do-
cent quidem bona, sed non statim fiunt quae docta sunt.
Ostendunt quidem quid facere nos oporteat, sed uirtutem
faciendi non donant. In hoc autem sunt ordinata, ut ho-
minem sibi ipsi ostendant, per quae suam impotentiam
ad bonum cognoscat & de suis uiribus desperet, &
alibi ac per alium querere auxilium, nempe per Chri-
stum Iesum, qui est plenitudo legis, qui solus quoque im-
plet legem.

QUATVOR OMNI CHRISTIANO
satu necessaria.

PRIMUM, ut recte pieque sentiamus de deo,
de scripturis diuinis, atque ut illum non uereamur mo-
do ut dominum, uerum etiam amemus ex intimis affe-
ctibus ut patrem beneficentissimum. **SECUNDUM**
ut summa cura tue amur innocentiam, ea est, ne quem
ledamus. **TERTIUM**, ut teneamus charitatem,
ut de omnibus quantum datur bene mereamur. **QUAR-**
TUM, ut seruemus patientiam, ea praestat, ut mala
nobis illata, si mederi nequeamus, patienter tolloremus
non ulascentes, nec malum malo referentes.

DE FIDE CATHOLICA.

Fides est uiuax quaedam & indubitata opinio, qua

homo a
decum in
um in b
cat, cor
est salu
gna &
per Chri
mission
tam. Ha
spiritum
format
nullo p
Deinde
& arde
effund
quando
in temp
ad omni
placere
miat
notat,
noend
ro cora
aro es
possi
pecati
VI

homo certus est se habere propitium & ignoscentem
deum in omnibus quæ aut fecerit aut gesserit, propiti-
um in bonis, ignoscentem in malis, ea fides sola iustifi-
cat, cor pacificat atq; exhilarat, sine qua impossibile
est saluari. Non est ficta aut frigida opinio, sed ma-
gna & uiuida, quæ nihil ambigit cunctura, quæ ea quæ
per Christum nobis promisit deus, promisit enim re-
missionem omnium peccatorum, benedictionem & ui-
tam. Hæc fides donum dei est in cordibus nostris per
spiritum sanctum creata, non nostris actibus ficta &
formata, res enim uiua est, totum immutans hominem
nullo præcedente merito nostro, sed solo uerbo dei.
Deinde ubi uera & uiuida fides est, illic quoq; uera
& ardens charitas est, quæ se in proximi commodum
effundit, quam dat fructum suum in tempore suo. i.
quando deus dederit occasionem, ut fratri seruiat, siue
in temporalibus siue in spiritualibus, indifferens est
ad omnia tempora, loca, personas, modo sciat se deo
placere, ea non simulat foris amicitiam & intus ini-
micitiam occultat, non proximi famam atro carbone
notat, nulli inuidet, breuiter, alienissima est ab omni
noændi studio. Itaq; quæcunq; opera ex fide & pu-
ro corde manant, deus in nobis operatur, quicquid
auro & sanguis facit, peccatum est, quia sine fide im-
possibile est deo placere, & quicquid non est ex fide,
peccatum est.

Ut igitur quis bene operetur, necesse est, ut fiat pri-

A 6

Discipuli
Christi cha-
ritate co-
gnoscentur.

Vbi non sunt
eiusmodi
opera, ibi
nec fides
esse potest.

Heb. 11.

on sis pro
t non ras
rum tito

T A' do-
cta sunt.
l uirtutem
ata, ut ho
otentiam
eret, &
per Chri
quoq; im

I ANO

de deo,
nur mo-
nis affe-
DVM
ne quem
arritatem,
QVAR
ut mala
heremus

inio, qua

Opa que
prædunt
iustificatio-
nē sunt hy
pocrisis.

Pfal. 67.

Ioan. 16.

Oculi dñi
respiciunt
fidem.!

us noua creatura & opus seu fomentum dei, & deum
de bene operetur. Deus autem me pro instrumēto usus
& organo operatur omnia Ephe. 1. Operatur autem
in nobis nihil nisi quod ipse uult & ei beneplacitū est.

Sunt etiam omnia nostra opera ad dei gloriam &
pro gratiarum actione, et in proximi commodū facien-
da, & deus secundum eor & non quantitatem ope-
ra nostra iudicat neq; querit quid faciās, sed cur faciās
sunt itaq; opera propter Christum & non præmis-
spectu faciēda.

Neq; salus nostra ab opere aliquo incipit, sed ab
auditu uerbi uitæ. Si quidem lex præcēdit, ut humiliet
& ostendat peccatum, doceatq; nos nihil posse uiribus
nostris, sic desperati de conatu & iusticiā nostra, in-
dentius gratiam Christi amplectamur q̄ quis sitit &
esurit, iam habet spiritum iustificantem & nouos affe-
ctus largientem. Hæc est cognitio misericordie diui-
næ, quæ effiat ut redametur deus, effiat, ut nos sponte
in oibus creaturis subiāamur, qui proximi amor est.

CONFESSIO FIDEI.

Potens est
præstare
quod pro-
misit.

Primū est.

Secundum

In hoc Symbolo tria præcipue sunt pueris conside-
randa. Primum, cui credant, & quis sit qui promiserit.
Secundum, cur promiserit, Tertium, quid promisit.

Credo in vnū deum patrem
omnipotentem, creatorem coeli &
terre, Et in Iesum Christum filium

eius v
qui co
natus
pontif
us. Et
tertia

Multa
sibi, item
sed non si-
niam non
aut deus
bus dona-
quem per
Christum
legis, qui
quia null-
nos enim
loq; nuni-
tis super-
abstulit p
conaliam
consentiam
Ascen-
ram de
uentur

eius vnicum dominum nostrum,
qui conceptus est de spiritu sancto
natus ex Maria uirgine, passus sub
pontio Pilato, crucifixus, mortuus.
Et sepultus descendit ad inferos
tertia die resurrexit a mortuis.

Multi sunt qui credunt Christum natum, sed non
sibi, item passum, crucifixum etc. Saluatorem fatentur,
sed non suum esse assuerare audent, nec mirum, quo-
niam non in ipso, sed in suis confidunt operibus. Sic
autem deus declarauit iustitiam suam, dum peccata homini-
bus donare noluit, nisi per Christum satisfactione sua,
quem percussit propter salus populi sui. Ideoque per
Christum liberati sumus ex captiuitate peccati, mortis,
legis, qui est nostra iustitia, redemptio et satisfactio,
quia nulla est satisfactio preter supplicium Christi,
nos enim, si omnia pateremur, ne pro uno quidem il-
lo; minime peccato satisfacere mus. Christus autem sa-
tis superque satisfecit, quia ipse innocenti sanguine suo
abstulit peccata mundi. Sic per sanguinem Christi re-
conaliamur deo, reconaliando emundantur macule
conscientie nostrae.

Ascendit ad coelos, sedet ad dexte-
ram dei patris omnipotentis, inde
uenturus est iudicare uiuos & mor-

Oportet
nos cōside-
rare creati-
onem, ut fi-
de sentia-
mus deum
oīa regere
ac dispen-
sare, nostri
q̄; rationē
habere, om-
nia enim p̄
ipsum sūt
condita.

Solius dei
est abluere
peccata.

Per Chri-
stum pecca-
tum dele-
tur in his
qui credūt

tuos.

Ad dexteram dei patris sedet. i. regnat cum patre, nostri curam gerit, nos exaudit, nos defendit, adiuvat in omnibus periculis.

Credo in spiritum sanctum, sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & uitam æternam.

Tertium est, Promisit remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & uitam æternam. Nam per Christum peccatum deletur in his qui credunt, et datur eis uires aduersus diabolum & datur uita æterna. Cum mens nostra reijtat oculos in Christum, & ærunt illum satisfasse pro peccatis nostris & propter eum nobis ignosa, & sentit deum placatum esse propter Christum, tum accipit consolationem & consequitur uitam, iusticiam, pacem, & omnia bona.

DE ORATIONE.

Inter precandum illa uel imprimis sunt fugienda, ne preces nostræ sint prolixæ ac uerbosæ, nec ad ostentationem paratæ, nec de rebus quibuslibet. Affectus est, qui mouet deum, non strepitus labiorum, nã non refert quæ prolixa, quæ uocalis sit oratio, sed quæ ardens ac synærus affectus. Multi præscribunt quid uelint

et quam
tunt, qu
sunt a d
lestem, o
que in n
consaer
rebus ad
diuinitu

Ma
rere ut
nia a de
gloria B
pro pub

pro n

Tri
promiss
stras pr
dabit u

Aff
quam n
lemus. I

tibus eu

Gra
sentire
& præ

Et quando quomodoq; sibi prestare uelint quod pe-
tunt, quum sepe precantur noxia. Optima petenda
sunt a deo, non omnia & quæ conferunt ad uitam cœ-
lestem, orandum autem ut confirmentur & augeantur
quæ in nobis operatus est deus suo spiritu. Itē pro pacē
consuetudine erga deum, fiducia erga deum, paciētia in
rebus aduersis, uera humilitate, castitate, sapiētia, hæc
diuinitus contingunt, non nostris uiribus cōparantur.

Sanitas cor-
poris, sa-
ma, opes,
paupertas
sunt dona
dei.

Mandatum dei est ut oremus, cui mandato ita pa-
rere ut alijs præceptis debemus, Verum, ut dixi, om-
nia a deo postulare possumus, quibus opus est, pro
gloria Euangelij, pro magistratibus, pro pacē publica,
pro publicis & priuatis necessitatibus.

Prouerbi.
30.

Oratio est cordis desiderium pro realiqua a deo impetranda.

Tria requiruntur ad orationem. Credere propter
promissiones q; sit o pem laturus deus, q; exaudiat no-
stras preces. Quicquid petieritis patre in nomine meo
dabit uobis. Petite & accipietis.

Fides.

Affectus petendi aliquid, id est, ut oratio certā ali-
quam necessitatem contineat, cui consulere deum postu-
lemus. Psal. 144. Prope est dominus omnibus inuocan-
tibus eum in ueritate. i. affectu seu serio.

Petitio ali-
cuius rei a
deco.

Gratiarum actio pro accepto beneficio, id est, uere
sentire q; a deo id bonum quod accepisti, proficiatur,
& prædicare & confiteri apud omnes diuinitus te ad

3

cum pa-
ndit, ad

sanctā
orum
m pec-
em, &

atorum,
Nam per
nt, et dan
eterna.
, & ar-
propter
esse pro-
& conse-
na.

uigenda,
e, nec ad
bet. Affe-
rum, nā
q; ardens
id uelint



Domine si
tu uis, tua
fiat uolun-
tas.

intū, & ut alij discant deo confidere et glorificare eū.

Quō autē exaudimur à deo, hoc nos docet histo-
ria de leproso, Marā. 1. qui totam rem ad Christi arbi-
trium refert, sic & nobis faciendum est, ut in precibus
nostris, Christi non nostram uoluntatem fieri optemus
& agnoscere Christum omnipotentem nihil credenti-
bus denegaturum, promisit se deus daturum nobis pro-
pter filium, per quem exaudimur.

Denique oportet nos expectare nec desperare, etiā
si non statim iuuuet nos deus, & cōmittere deo, ut pro
sua sapientia constituat quando & quomodo nobis opē
ferat. Oportet autem nos instanter orare, si non illico
id quod petimus, consequamur, Vult enim deus fidem
nostram excrari & corroborari, etiā uult intelligi
dona sua esse quæ petimus, sic Ioan. 2. Nondum uenit
hora mea, & Matth. 15. in mulieris Cananeæ exem-
plo adparet,

HVIVSMODI ORANDI FOR-

mulam præscripsit nobis Christus Matth. 6.

quæ docet quomodo & quid sit orandū.

Pater noster qui es in cœlis

Id est imple omnia, regnas, præsto ades, alis &
gubernas & uegetas omnia.

Sanctificetur nomen tuum.

Hic precamur ut deum cognoscamus, & ut ad dei
gloriam referatur quicquid à nobis recte geritur. Non
uobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriā, sic

Apost

Tu
gnū m
neq; u
gnum
leranti

& in

Fac
angeli
quām n

da n

Ide
uerbū

sicut
bus n

Ide
per inf
becamu
donant
mus cor

E

Apostoli oīa in noīe dñi faciunt et prospere succedūt.

Adueniat regnum tuum.

Tu rege nos, duc ne temere labamur, erremus, regnū mundi regnum tenebrarum est, non enim nouit neq; uoluntatem, neq; iusticiam, neq; iudiciū dei. Regnum dei est paciētia, modestia, pudicitia, lenitas, tolerantia, fides & charitas.

Fiat uoluntas tua sicut in coelo
& in terra.

Fac ut tibi obtemperemus, quemadmodum in coelo angeli obtemperant, fiat potius tua uoluntas de nobis quam nostra.

Panem nostrum quotidianū
da nobis hodie.

Idest oīa quae sunt aīe et corpori necessaria, fidē, uerbū dei, eruditiōē, famam bonā, uictū, ualetudinē.

Et dimitte nobis debita nostra
sicut & nos dimittimus debitori
bus nostris.

Remittenti
remittitur.

Idest ignosce nobis delicta pro tua clementia, quae per infirmitatem in te committimus, ut tecum pacem habeamus, quemadmodum & nos inter nos uicissim condonantes si quid alius in alium deliquit, mutuam alimus concordiam.

Et ne nos inducas in tentationē.

ficare eū.
act histo-
hri sti arbi
n precabus
i optemus
i credenti-
nobis pro

erare, etiā
o, ut pro
nobis opē
non illico
cus fidem
t intellig
um uenit
e exem-

OR =

h. 6.

ū.

elis

alis &

m.

ut ad dei
itur. Non
loriā, sic

Precaur, nõ ut tentemur, sed ne in tentatione succubamus, hic pueri sciant diaboli tanq̄ leonẽ rugentẽ arcumire & quærere quẽ deuoret, aduersus quẽ nullum presidium firmum est q̄ precatio & uerbi dei consideratio, ideoq̄ ad superandas diaboli insidias assiduo postulet & expectet puer auxiliũ à deo, qui nos defendit, nostri curam gerit.

Sed libera nos a malo, amen.

Eripe nos ab omnibus mundi malis.

DE BAPTISMO.

Cum homo propter morbũ hereditarium ex Adã in totã posteritatem deriuatũ in primo ortu, totus impurus, abominabilis, & filius iræ sit, regeneretur oportet, Non aut̄ potest ex seipso regenerari, totus enĩ malus est, ex aqua igitur & spiritu regeneretur necessum est, ut totus nouus fiat. Nouus aut̄ fit, cũ exutis ueteris Adam exuuis, i. oĩbus affectibus nature depositis nouus prorsus homo renasatur, i. à spiritu sancto regeneratur, adeo, ut iam nõ sui iuris, sed sancti spiritus sit, ut illũ quoquo uersum sequatur ducẽ, breuiter prorsus spiritalis fit. Illius regenerationis signũ est baptismus, ubi homo immergitur & rursus extrahitur, i. per mortẽ transit ad uitã. Proinde si deterret peccatum, infernus, mors, esto memor baptismi, i. reuoca in memoriã signum acceptæ misericordie diuinæ, i. remissionis omnium peccatorum.

Deus qui uerbũ ediderit de remissionẽ peccatorũ,

signa
pctã
uolum
Signa
re mitt
Cu
rimur
litis, P
Christi
accepto
tibus n
actibu
sum us
mur a
formen
piti me
relaba
mo dig
nos do
simus
stiam,
suetudi
fucus,
disim
perare
bonita
ma, qu

atione sue
ē rugientē
is quē nul-
di dei confi
as asiduo
ui nos de-
en.
n ex Adā
otus impu
tur opora
s enī ma-
neassum
tis uete-
depositis
cto rege
irtus sit,
ter pror-
st baptis-
tur. i. per
atum, in
memori
missionis
atorū,

signa adicāt tanq̄ monens, Ecce ne dubites remitti tibi
pctā. Hæc signa adijāo uerbo, quæ testentur meā esse
uoluntatē condonare pctā, itaq; constanter confide.
Signa autē sunt baptizari & uesti corpore Christi,
remittere alijs.

Cum itaq; baptizamur in nomine Christi, commo-
rimur una cum illo pristinis peccatis illius morte abo-
litis, Pau. Roma. 6. Quicumq; baptizati sumus per
Christum, in mortem ipsius baptizati sumus, si igitur
accepto baptismo, peccatis pristinis & noxijs cupidita-
tibus mortui, par est, ut posthac uitantes turpia et pijs
actibus nos iugiter exercentes, Christi mortem, ut pos-
sumus, referimus, Quoniam per baptismum insera-
mur corpori Christi, & quodammodo in illum trans-
formemur, & sic idem facti cum illo necesse est, ut ex-
piti membra respondeant, & ita uiuamus ne unquam
relabamur in pristina uitia, sed agamus uitam baptis-
mo dignam. At dicas, quænam est ista? Nimirum q̄
nos docuit Christus, affectum misericordiæ, ut faales
simus ad communem uitæ consuetudinem, animi mode-
stiam, ne cui nos per arrogantiam preferamus man-
suetudinem, patientiam, item, ut absit ab nobis omnis
fucus, sit mutua inter nos charitas, quæ simulandi &
disimulandi iuxta sit ignara, malefacta benefactis su-
perare, iracundiam lenitate, iniuriam offiāo, maliciā
bonitate, obliuiscā malorum, meminisse beneficij. Sum-
ma, quisquis in Christo manet, persuerat in innocen-

1402
1403

Charitate
cognoscun
tur discipu
li Christi.

na, & adeo auet ab omni peccato, ut indies magis ac
magis adolescat in uirtutibus. Hoc autem præcepto &
experimēto cognoscimus quod in illius corpore sumus
quod illius spiritum hausimus, hoc est præceptum me
um, ut diligatis inuicem sicut dilexi uos.

DE CHRISTO.

Christus in afflictis solus spes unica rebus
Qui nostris largam uiribus addit opem.
Christus habet eluē peccati & mortis & ora
Que nisi quis sapiat, nescio, quid sapiat.

LAVS DEO PATRI ET
unico filio suo Christo Iesu.

Amen.

In materia morali constituto redder
clariora principia melius tunc uidet
= omni & pulchritudinem seruanis
dum geana & benefactis reddenda
est ad se qd referunt qna q no referunt
tam solum qd referunt intelligunt
ea quorum habent opem

s magis .ic
reapto et
ore sumus
aptum me

ora

cl
tibus reddi
ni videt
Ammonie
reddenda
no raphom
molligim
n

~~1. libendoy sup. sum~~
~~magister natus et~~
~~officiarius~~

Vigilino em Gessart
Des operatione Gessart
Antorlos

Vero an vera constentur, a falsis fante
distegat verum, Angel em verum et
popt q almbi a vero distegat



prohibendum

Una p[er]cipi[n]do non facit bonu[m]

Id est temp[or]e & longo usu
op[er]e & aut solidam virtutem

Nemo bonu[m] imperator se potest in unum
gubernare ut tota provincia sui imperii
vires in qua intulerit et ora gerat


Ita una pars bonu[m] existere negat
in p[ro]p[ri]am virtutis naturam r[ati]o[n]at
quia in orb[is] deliberationib[us] sequatur

Una
p[ro]p[ri]a
virtus

ofn.
stritru
nny
mli
a gtor
negat
a rntat
equatru

Ina natura aut arte recognata finit
propria sunt n̄ que fortuito
veniunt











IN ECTY
CAM
ARIS
TOTI





6

